fabricata sunt cassa intellegant & nihil ad salutem proficientia. Et nunc
locutus est dns dicens. In tribus annis quasi anni mercennarii auferetur glo
ria moab super omni populo multo. & relinquetur paruus & modicus
nequaquam multus. Tres anni in quibus auferetur gloria moab super
omni populo eius multo uel diuitiis multis. Ut lxx. transtulerunt
mistice intellegendi sunt. Sicut enim misericordia dni in ponderibus est
atq; mensuram. sic & cruciatus ac supplicia habent mensuram suam. Ut post
quam tres anni transierint in quibus relinquetur paruus & modicus
& nequam multus tunc in gloriosus esse desistat. & hoc notandum
quod iuxta hezechielis prophetiam quando dies pro annis numerant
hisraheli hoc est decem tribus usque maiora peccauerant supputentur
in poenis anni. cccxc. ut in hebraico continetur non clxv. ut uulga
ta aeditio habet & iudae in quo erat templum di anni xl. Qui enim paruus
est meretur misericordiam. Potentes autem potenter tormenta
patiuntur. & seruus qui scit uoluntatem domini sui & non facit eam
uapulabit multum. Moab igitur quia exterius erat. nec de populo di.
sed relicto errore conuersus. Non annis plurimis paruus & modicus
& in gloriosus relinquetur. Isti sunt anni de quibus & alibi legimus.
Recordamini dierum saeculi. & iterum. Cogitaui dies antiquos
& annos aeternos in mente habui. Si enim umbrae & exemplaribus seruie
bat iuxta carnem israhel & omnes eorum sollemnitas futurum erat tempus
Quare non & anni praesentis temporis. futura tempora praefigurent.
De quibus & in alio loco legimus. Quid facietis in diebus conuentus & in
diebus festiuitatis dni. quodq; iungitur quasi anni mercennarii. Hoc
ostendit quod falsa doctrina pro lucro cuncta faciat atque compendio
Omnis enim mercennarius qui non est pastor. Cuius non sunt oues
uidit lupum uenientem fugit quia mercennarius est & oues ad eum
non pertinent. Quamobrem puto aduenam & mercennarium de sanctis
non comedere. nec seruus scorum esse participes. Non enim ob dilecti
onem dni. sed ob mercedem cuncta faciunt. Qui comedunt domus
uiduarum. & propriis adducent greges ut lanis eorum uestiantur
& lac mulgeant. Quod de doctrina mercennaria diximus referamus ad
cithara si prebeo elimosinam ut glorificer ab hominibus. Recepi mercedem
meam. & mercennarius appellandus sum Si castum esse me simulo & aliud
est in conscientia habeo gloriam mercennarii. Sed supplicia peccatoris
& in conparatione duorum malorum leuius malum est aperte peccare
quam simulare & fingere scitatem. Verum & in hoc profectus est moab.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc455/0186